


Augurium Rōmuli Remīque

lēctiō dēstināta tīrōnibus


Salvēte, amīcī!
Nōmen mihi est
“Torvus” corvus.



Rōmulus et Remus sunt frātrēs. Novam urbem aedificāre volunt.



urbs, urbis (f.)



Rōmulus

Remus

Nova
urbs?




Cotīdiē Rōmulus et Remus labōrant. Novam urbem aedificant.



vir ascendit
scālam

scāla, -ae (f.)

Hominēs mūrum magnīs lateribus aedificant.




later, lateris (m.)

mūrus, -ī (m.)



Sed quis erit rēx novae urbis? Rōmulus an Remus?

Ego rēx erō!



Minimē! Ego rēx erō!

scēptrum, -ī (n.)



rēx, rēgis (m.)

Rēx scēptrum in manū tenet.

thronus, -ī (m.)

Est magna rixa
inter Remum et
Rōmulum!



corōna, -ae (f.)



rēgīna, -ae (f.)

Rēgīna in thronō sedet.

Rōmulus et Remus sunt geminī. Quis est maior nātū?

Sum maior nātū
quam soror mea.

Sum minor nātū
quam soror mea.



geminae

Sum minor nātū
quam frāter meus.

Sum maior nātū
quam frāter meus.



geminī

Nesciō.

Sumusne
geminī?



Estne Rōmulus maior nātū? Estne Remus maior nātū?

Nesciō!

Nescīmus!




Mystērium
est!



Subitō, cōnsilium habent! Augurium! Sed quid est augurium?


Augurium!



Cōnsilium
bonum!



Augurium est ubi auspex spectat caelum et avēs. Per avēs, dī Rōmānī signum dant: “ita” aut “nōn.”



dī Rōmānī



Mercurius est nūntius
deōrum.



"A bronze statue of the God Zeus" (cropped) by Salito is licensed under CC BY-SA 3.0

Iūpiter est rēx
deōrum.



Iūno est rēgīna deōrum.



Minerva est dea
sapientiae.


Sunt multae avēs in hāc pāginā.
Gallus, pāvō, aquila, būbō, et corvus.
Pōtēsne omnēs avēs invenīre?



Nunc cōnsilium habent. Mox, Rōmulus et Remus
spectābunt avēs. Sed ubi erit augurium?




Urbs habet septem collēs vel montēs.



collis, -is (m.)



mōns, montis (m.)




Tiberis flumen

Quid est discriminē inter
collem et montem?



Rōmulus et Remus collēs ēligunt.



Prīmum Remus avēs videt, ante Rōmulum. Amīcī Rēmī sunt laetī!



Rēmus est
rēx!





Ecce rēx
urbis!

Una, duae, trēs,
quattor, quīnque,
sex. Sex avēs!

Septem, sī mē
numerās.



Deinde, Rōmulus vīdet duodecim avēs! Amīcī Rōmulī sunt laetī!




Salvēte,
amīcī!



Quis habēbit thronum? Rōmulus an Remus?

Rēx erō quod prīmū
ego avēs vīdī, ante tē.

Sed pacuās avēs vīdistī.
Ego vīdī multās avēs.
Ego rēx erō!




Augurium erat
cōnsilium
malum!



Est magna rixa inter Rōmulum et Remum. Rōmulus et Remus sunt īrātī! Gladiīs pugnant!

Ego ipse
rēx erō!

Ego erō
rēx!



Nōn possum
spectāre!



gladius, -ī (m.)

"Roman gladius, type Pompeii" (edited) by Rama is licensed under CC BY-SA 3.0



Rōmulus interficit Remum. Rēmus in sepulcrō sepelītur.




sepulcrum -ī (n.)

Ēheu! Rēmus
interficitur ā
Rōmulō.



Nunc Rōmulus est rēx novae urbis. Rōmulus nōmen
“Rōma” urbī dat.



Valēte omnēs!

